Gnomologicon Poëticum:

hoc est,

Sententiæ veterum Poëtarum insigniores, in ordinem Alphabeticum digestæ.

In usum Puerorum.

Per ALEXANDRUM ROSSÆUM.

LONDINI,
Typis *Thomæ Brudenelli*, impensis *Joan. Marshal* ad Insigne Manus-&-Pennæ in Vico vulgò dicto *Cornhill*.

Anno Domini M. DC. XLVII.

Lectori S.

NE mireris Lector ſi ego jam pæne ſexagenarius cum pueris ludam; quando idem facitarit ante me Eraſmus, *qui in* Senectute *Colloquia puerilia ſcripſerit*; Coſmus Medices *jam Senex non erubuit in medio foro aptare avenam parvo ſuo nepoti*; *ut refert* Volateranus; *ego ejus exemplum imitatus avenam poëticam concinnavi pueris, qua etiam uti poſſunt Seniores abſque dedecore*; Hercules *omnium mortalium robuſtiſſimus*, & Socrates Apollinis *oraculo ſapientiſſimus cum pueris aliquando ludere ſolebant: ne ergo*

quis me ineptire putet ſi ut olim Ageſilaus Rex *ego etiam in medi puerorum equitavero in arundin longa, præſertim invitatus ab ami- co integerrimo & doctiſſimo* Du- gardo *Scholæ mercatorum Sciſſo- rum moderatore, ut pauculas aliquo horas à gravioribus ſtudiis huic oti furarer. Neque refert quam pueri- liter in hoc tempus luſerim, mod utiliter, ut cum* Eraſmo *loquar Nam nihil utilius quam ut pueri teneris annis imbibant lectiſſima ſententias quibus poſtea tam ad bene dicendum quam beate vivendum inſtruantur. Vale.*

Gno-

Gnomologicon Poëticum.

A Jove principium Muſæ : Jovis omnia plena. *Virg.*
A cane non magno ſæpe tenetur aper. *Ov. R*
Acer & ad palmæ per ſe curſurus honores, *Ovid.*
Si tamen Horteris, fortius ibit equus. *pon. 1*
Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes *Ov. p*
E mollit mores, nec ſinit eſſe feros. *2. 9.*
Adde quod ingenium longa rubigine læſum *Ov. T*
Torpet, & eſt multo quam fuit ante minus. *Ov. d*
Adde quod eſt ſenibus rerum prudentia major, *2.*
Solus & artifices qui facit, uſus adeſt.
Adde quod ingrato meritorum judice virtus *Luc.*
Noſtra perit, quicquid gerimus fortuna vocatur.
Addit & invalidæ robur facundia cauſæ. *Luc.*
Adde quod auditæ laudes, & clara parentum *Man*
Facta movent animos, generoſaque corda nepotum *phon.*
Sollicitant.
Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine raro *Ju. ſ*
Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.
Ad Lunæ curſum variant animalia corpus *Man.*
Aere non certo corpora languor habet. *O. 2.*
Æqua tamen ſemper mens eſt, & amica voluntas *Man*
Sit licet in natos facies auſtera parentum. *1.*
Æquo animo pœnam qui meruere ferunt *ov. a*
——— Æqua lege neceſſitas *Hor*
Sortitur inſignes & imos *l. 3.*
Omne capax movet urna nomen. *Hor*
Æquam memento rebus in arduis *l. 2.*
Servare mentem, non ſecus ac bonis *Hor*
Æratis cujuſque notandi ſunt tibi mores *Hor.*
Ætas parentum pejor avis, tulit *lib 3*

Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

rem.1 Affluit incautis inſidioſus amor.

.6. Ah miſer, extremum cui mortis munus iniquæ
Eripitur non poſſe mori.

.1.9. Ah miler, & ſi quis primo perjuria cælat;
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

.4. Ah quæſitorum terra pelagoque ciborum
Ambitioſa fames, & cautæ gloria menſæ.

3.3. Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen.

.6.faſt. Alliciunt ſomnos tempus, motuſque merumque.

.1.Ep. Alter rixatur de lana ſæpe caprina.
Ambitio quæ veſtibulis foribuſque potentum

.2.pan Excubat, & pretiis commertia paſcit honorum.

t. Lud. Ambitioſus honos, & opes, & fœda voluptas;
Hæc tria pro trino numine mundus habet.

rt.l.10 Ampliat ætatis ſpatium ſibi vir bonus, hoc eſt

g. Vivere bis, vita poſſe priore frui.

n.4. An dubium eſt, habitare Deum ſub pectore noſtro,
In cœlum redire animas, cæloque venire?

16.Ep An neſcis longas regibus eſſe manus?

ſ.ſat.5. An quiſquam eſt alius liber, niſi ducere vitam
Cui libet ut voluit?

d.3. de Anguibus exuitur veteri cum pelle veruſtas,
Nec faciunt cervos cornua jacta ſenes.

in Hyp Anceps forma bonum mortalibus,
Exigui donium breve temporis,
Ut velox celeri pede laberis?

d.3. ——————dicique beatus

am. Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

9.Æn Ante annos animumque gerens curamque virilem.

nt.Tro. Apta ferunt magnam tempora rebus opem.

3. Arbitrii noſtri non eſt quid quiſque loquatur..

.1.Ep. Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius unquam:
Commiſſum teges, & vino tortus & ira.

.Epig. Arcanum demens detegit ebrietas.

t.l.2. Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores,
Et cum tot Cræſos viceris eſſe Numam.

Ardu

Ardua per præceps gloria tendit itur. *Ov. 4.*
Ardua res vicisse alios: victoria major *Mart.*
Est animi fluctus composuisse sui.
——————arma non servant modum, *Sen. H.*
Nec temperari facile, nec reprimi potest, *Sil. H.*
Stricti census ira. *fur.*
Arripuit, traxitque virum fax mentis honestæ *Ov. 1.*
Gloria.
Arte levis currus, arte regendus amor. *Ov. 1.*
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est, *Ov. 2.*
Pectora mollescunt, asperitasque fugit. *Ov. 2.*
Artibus ingenuis quæsita est gloria multis.
Artibus innumeris mens oppugnatur amantum, *Ovid.*
Ut lapis æquoreis undique pulsus aquis. *Trist.*
Aspicis ut veniant ad candida tecta columbæ, *Ov. 1.*
Accipiat nullas sordida turris aves. *O. 2. d.*
Aspiciunt oculis superi mortalia justis. *Man.*
Asperitas odium, sævaque bella movet. *Claud.*
Aspera sors veros & prospera tangit amicos, *Hor. o.*
Corporibus quia mens una duobus inest. *l. 1.*
Asperius nihil est, misero dum surgit in altum,
Cuncta ferit dum cuncta timet desævit in omnes.
At ne quis modici transiliat munera Liberi, *Hor. s.*
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero. *l. 1.*
At bona pars hominum decepta cupidine falsa, *Hor. s.*
Nil satis est inquit. *l. 1.*
At qui tantuli eget, quantum est opus, is neque limo, *Pers.*
Turbatam haurit aquam, nec vitam amittit in undis.
At pulchrum est digito monstrari & dicier hic est:
Attenuant vigiles corpus miserabile curæ. *Ov. 3.*
Attenuant invenum vigilatæ corpora noctes. *O. 1.*
Atque in se sua per vestigia volvitur annus. *Virg.*
Attice crede mihi, militat omnis amans. *O. 1.*
At vindicta bonum, vita jucundius ipsa. *Tib.*
At tu dum primi floret tibi temporis ætas *leg. 8*
Utere, nam tardo labitur illa pede.
At vidi invenem, premeret quem serior ætas, *Tib.*
Mœrentem stultos præteriisse dies. 4.

At

At præcidenti ſpectatur mantica tergo.
. am. At nunc barbaries grandis habere nihil.
l. 1. At Pater ut geniti, ſic nos debemus amici.
. Si quod ſit vitium non faſtidire.
od. 10 Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret invidenda
Sobrius aula.
od. 3. Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per veritum nefas
in Audax nimium qui freta primus,
Rate tam fragili perfida rupit,
Terraſque ſuas poſt terga videns,
Animam levibus credidit auris.
en. 10 Audentes fortuna juvat.
el. 2. Audendum eſt, fortes adjvat ipſe Deus.
ſat. 1. Aude aliquid brevibus giaris & carcere dignum,
Si vis eſſe aliquid, probitas laudatur, & alget
in Her Aurea rumpant tecta quietem
et. Vigileſque trahit purpura noctes.
. Art. Aurea nunc vere ſunt ſæcula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor
Auro pulſa fides, auro venalia jura;
. 3. 3. Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor
Æn. 3 Auri ſacra fames, quid non mortalia cogis
Pectora.
3. 13 Aurum omnes victa jam pietate colunt.
. rem. Aut nulla ebrietas, aut tanta ſit, ut tibi curas
Eripiat, ſi qua eſt inter utrumque nocet.
de art Aut prodeſſe volunt, aut delectare Poetæ,
Aut ſimul & jucunda & idonea dicere vitæ.

B

. el. 5 Bacchus & afflictis requidem mortalibus adfert,
Crura licet dura compede pulſa ſonent.
. met Barba viros hirtæque decent in corpore ſetæ.

Bella

Bella viri pacemque gerunt, queis bella gerenda. *Vir.*
Bella gerunt fortes, tu Pari ſemper ama. *Ov.*
Bellum ſæpe parit ferus exitiale Cupido. *Virg.*
——Bene eſt cui deus obtulit *Hor.*
Parca quod ſatis eſt manu. *l.3.*
Blanda truces animos fertur molliſſe voluptas. *Ov.*
Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos: *Man.*
Bruma novi prima eſt, veteriſque noviſſima ſolis: *Ov.*

C

CAndida pax homines, trux decet ira feras. *Ov.*
Candor in hoc ævo, res inter mortua pene eſt. *O.*
Cantabit vacuus coram latrone viator. *Ju.*
Carmina quam tribuunt fama perennis erit. *Ovid*
Carmina proveniunt animo deducta ſereno. *O.*
Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt.
Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur. *Ov.*
Carmina ſit vivax virtus, experſque ſepulchri, *O.*
Notitiam ſeræ poſteritatis habet.
Carmine dii ſuperi placantur carmine manes. *Hor.*
Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite *Tib.*
Et manibus puris ſumite fontis aquam.
Cæca eſt temeritas quæ petit caſum ducem. *Sen.*
Caſus ubique valet: ſemper tibi pendeat hamus: *Ov.*
Quo minime reris gurgite piſcis erit.
Cauſa jubet melior ſuperos ſperare ſecundos, *Luc.*
Cauſa patrocinio non bona, pejor erit *O.*
Cede repugnanti; cedendo victor abibis. *Ov.*
Cedamus, leve fit, quod bene fertur onus *O.*
Cedamus Phæbo & moniti meliora ſequamur. *Vir.*
Cedes coemptis ſaltibus & domo,
Villaque flavus quam Tyberis lavat *Hor.*
Cedes, & extructis in altum *l.2.*
Divitiis potietur hæres.
Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus, *Ov.*
Ut capiant vitium, in moveantur aquæ.

Cerno

m.3. Certe plus animi debet ineſſe viris
Certe equidem fini vitæ mortalibus adſtat,
Nec devitari lethum pote, quin obeamus.
m. Certus amor morum eſt, formam populabitur ætas
.ep. Certus in hoſpitibus non eſt amor, errat ut ipſe,
.2. Cumque nihil ſperes firmius eſſe, fugit.
Certandum eſt, nulli veniunt ſine marte triumphi;
Et niſi certanti nulla corona datur.
Certum eſt in cineres corpus mortale reverti,
gam Sed tamen æternus non erit ille ſopor.
———— Clades ſcire qui refugit ſuas
Gravat timorem; dubia plus torquent mala.
.ep. Cælum non animum mutat qui trans mare currit.
Cæna brevis juvat, et prope rivum ſomnus in herba.
.ep. Cæpiſti melius quam deſinis, ultima primis
Cedunt, diſſimilis hic vir, & ille puer.
ep. Clarus poſt genitis, quatenus heu nefas
d.24 Virtutem incolumem odimus;
Sublatam ex oculis quærimus invidi.
Comibus eſt oculis allicicndus amor.
e ar. Commoditas omnis ſua fert in commoda ſecum
c.2 Compedibus Venerem, vinclis conſtringe Lyæum,
ig. Ne te muneribus lædat uterque ſuis
t. ———— ———— Componitur orbis
onſ. Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, ut vita regentis
aſt. Conſcia mens ut cuique ſua eſt, ita concipit intra
Pectora pro meritis ſpemque metumque ſuis.
aſt. Conſcia mens recti, famæ mendacia ridet.
Sed nos in vitium credula turba ſumus.
pi. Conſule queis ætas longa magiſtra fuit.
Oct Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abſtinere, tempus quoque iræ dare;
Orbi quietem, ſæculo pacem ſuo;
Hæc ſumma virtus, petitur hac cælum via.
aſt. Contemnunt ſpinam cum ceciderc roſæ
13 Contudit ingenium patientia longa malorum
n.9 Conveniens homini eſt hominem ſervare voluptas

Conve-

Conveniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe. *Cato.*
Conteritur ferrum, ſilices tenuantur ab uſu *Ov.*
Conſilio pollet cui vim natura negavit
Corpora vertuntur, nec quod fuimuſve, ſumuſve *Cato*
Cras erimus. ——— *Ov.*
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni, *Met.*
Pugna ſuum finem cum jacet hoſtis habet
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis *O.l.*
Cum ſubeunt animos authoribus ——— *Juv.*
Crede mihi bene qui latuit, bene vixit, & intra *ſat.*
Fortunam debet quiſque manere ſuam. *O.3.*
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum, *Juv.*
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat. —— *ſat.*
Credimus, an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt *Vir.*
———————nec ſolis viribus æquum
Credere, ſæpe acri potior prudentia dextra. *Val.*
Credere fallaci gravis eſt dementia famæ *Man*
Crede mihi quamvis ingentia poſthume dones, *Ecl.*
Authoris pereunt garrulitate ſui. *May*
Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. *ep.*
Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops *Ju.*
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi *Hor*
Fugerit venis, & aquoſus albo *l.2.*
corpore languor.
Creſcentem ſequitur cura pecuniam *Hor*
Majorumque fames —— *l.3.*
Creverunt & opes, & opum furioſa libido, *Ov.*
Et cum poſſideant plurima, plura petunt.
Criminibus tacita ſudant præcordia culpa. *Jur*
Crux eſt ſi metuas, vincere quod nequeas. *Auſ*
Cui peccare licet, peccat minus; ipſa poteſtas *O.3*
Semina nequitiæ languidiora facit. *Ho*
Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors. *Ov*
Cum feriant unum, non unum fulmina terrent *pon*
Cum rectę vivas, ne cures verba malorum *Cat*
Cum fortuna manet vultum ſervatis amici, *Pet*
Cum cecidit, turpi vertitis ora fugæ. *in f*
Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta phreneſis *Ju*

Ut

Ut locuples moriaris egenti vivere fato
Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
fecerit arbitria,
Non Torquate genus, non te facundia, non te
reſtituet pietas.
Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum, ne pars ſincera trahatur.
Cuncta poteſt igitur tacito pede lapſa vetuſtas,
præterquam curas attenuare graves.
Cuncta aperit ſecreta dies, ex tempore verum
naſcitur. ------
Cuncta manus avidas fugient hæredis amico
Quæ dederis animo.
Cura fugit multo diluiturque mero.
Curando fieri quædam pejora videmus
vulnera quæ melius non tetigiſſe fuit.
Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores
Cura vigil, labor oſſa domans, dolor anxius, omnem
Sollicitant hominum vitam. ------
Cura viris levibus rerum ſolet eſſe novarum,
Cura viris gravibus rerum ſolet eſſe ſuarum.
Cura quoque interdum nulla eſt medicabilis arte
aut ſi ſit, longa eſt attenuanda mora.
Curæ leves loquuntur, ingentes ſtupent.
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?

D

DAntur opes nullis nunc niſi divitibus.
Da requirem, requietus ager bene credita reddit.
Da ſpacium, tenuemque moram, male cuncta miniſtrat
Impetus.
Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.
Decreſcit requie virtus, ſed creſcit agendo.
Dedecus eſt ſemper ſumere nilque dare.
Dedecorant pravi mores, quem vultus honeſtat.

Dediſcit

Dediſcit animus ſero, quod didicit diu.
Degeneres trepidant animi, pejoraque verſant.
Degeneres animos timor arguit
Degeneres animi primo in certamine cedunt.
Delicias habet omne ſuas, & gaudia tempus.
Denique non parvas animo dat gloria vires,
& fæcunda facit pectora laudis amor.
Denique non omnes eadem mirantur amantque.
Denique cœleſti ſumus omnes ſemine nati.
Deſine fata deum flecti ſperare precando.
Deſine de quoquam quidquam bene velle mereri,
Omnia ſunt ingrata, nihil feciſſe benigne eſt.
Deſinat elatis quiſquam confidere rebus.
Deſidia virtus paulatim evicta ſeneſcit.
Dicite pontifices in ſacro quid facit aurum?
Differ, habent parvæ commoda magna moræ.
Difficile eſt fateor, ſed tendit in ardua virtus.
Difficile eſt triſti fingere mente jocum.
Difficile eſt in idem tempus concurrere cuncta.
Difficile eſt longum ſubito deponere amorem
Difficiles aditus impetus omnis habet.
-------Diffidit urbium
Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos
Reges muneribus, munera navium
Sævos illaqueunt duces
Dignum laude virum muſa vetat mori.
Dignior eſt qui ſe quam qui fortiſſima vincit
Mœnia: nec virtus altius ire poteſt.
Diis te minorem quod geris imperas;
Hinc omne principium, huc refer exitum.
Dii multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ.
Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt.
Dira fames auri, culpæ regina, parenſque.
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.
Diſce meo exemplo formoſis poſſe carere,
eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis.
Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere divos.

Æn Disce puer virtutem ex me, verumque laborem
4. Discite quam parvo liceat producere vitam
a.3 Discitequè o miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur
trop Discite quos sursum volvit rota ponere fastus
Æn Diversæ rapiunt animum in contraria curæ
d.6. Divesne prisco natus ab Innacho
. Nil interest, an pauper & infima
De gente sub dio moreris
Victima miserantis orci
rem. Divitijs alitur luxuriosus amor
2 Divitiæ grandes homini sunt vivere parce
Tris. Divitis ad manes nil feret umbra suos
Dominare tumidus, spiritus altos gere;
Herc. Sequitur superbos ultor a tergo Deus.
Donec eris felix multos numerabis amicos;
Tr.8 Tempora si fuerint nubila, solus eris.
d.24 Dos est magna parentium
Virtus & metuens alterius viri
. Certo fœdere castitas.
epi. Dulcia virtuti, serpens, sitis, ardor, arenæ
Dulcis inexpertis cultura potentis amici
l.2. Dulce & decorum est pro patria mori
Tr.4 Dum juvat & vultu ridet fortuna sereno
Indelibatas cuncta sequuntur opes
Tr.1. Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icarijs nomina fecit aquis.
art. Dummodo sit dives barbarus ipse placet
Dum novus errat amor vires sibi colligit usu
.2. Dum licet iniusto subtrahe colla jugo
.Ep. Dum novus est etiam cæpto pugnemus amori,
Flama recens parva sparsa recedit aqua
art. Dum vires annique sinunt tollerate laborem:
Nam veniet tacito curva senecta pede.
rem. Dum spectant læsos oculi læduntur & ipsi,
Multaque corporibus transitione nocent.
rem Dum furor in cursu est currenti cede furori
r. 2 Dum vitant stulti vitia in contraria currunt.

Durate & vosmet rebus servate secundis. *Vir.*
Durius in terris nihil est, quod vivat, amante. *Prop.*
Durum, sed levius fit patientia *H.o.*
Quicquid corrigere est nefas.

E

EBrietas quid non designat? aperta recludit, *Ovid.*
Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem
Eheu quam levibus pereunt ingentia causis *Claud.*
Eheu fugaces Posthume Posthume *Horat.*
Labuntur anni, nec pietas morum
Rugis & instanti senectæ
Afferet, indomitæque morti
Effodiuntur opes irritamenta malorum *Ov.*
Eminet indicio prodita flamma suo *Ov.*
Enumerat miles vulnera, pastor oves. *Prop.*
Ergo cum silices, cum dens patientis aratri *O.*
Depereunt, ævo carmina morte carent
Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es, *Prop.*
Per te immaturum mortis adimus iter.
Ergo hominum genus incassum, frustraque laborat *Lucr.*
Semper, & in curis consumit inanibus ævum.
Ergo ne dubita blandas adhibere querelas, *Ti.l.*
Vincuntur molli pectora dura prece.
Eripere vitam nemo non homini potest, *Sen. T.*
At nemo mortem, mille ad hanc aditus patent.
Eripit interdum, modo dat medicina salutem. *Ov. T.*
Errat & in nulla sede moratur amor. *O.*
Errat qui finem vesani quærit amoris, *Prop.*
Verus amor nullum novit habere modum.
Esse bonum facile est ubi quod vetat esse remotum est *Ov. T.*
Est aliquid magnis crimen abesse malis. *Ov.*
Estque pati pœnam quam meruisse minus. *Ov.*
Est tibi far modicum, purum & sine labe salinum, *Pers.*
Quid metuas? cultrixque foci secura patella est.
Est deus in nobis, sunt & commercia cœli *Ov.*

Est quoque cunctarum novitas gratissima rerum.
Est pietas suprema Deo parere, nec ullum,
Gratius est sacrum, nec victima sanctior ulla
Est opus ardentem frænis arcere juventam
Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas
Est virtus placidis abstinuisse bonis.
Est & in incessu pars non temnenda decoris
Est merito pietas homini tutissima virtus
Estque pudicitiæ & formæ concordia rara
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum
Est quoddam prodire tenus, si non datur ultra
Et memorem famam qui bene gessit habet
Et bene apud memores veteris stat gratia facti
Et dominum mundi flectere vota solent
Et fervet multo lingua que corque mero
Et non sentitur sedulitate labor.
Et latro, & cautus præcingitur ense viator,
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Et quæ dempsistis vitæ date tempora famæ
Et quo non possum corpore mente feror.
Et mala sunt vicina bonis, errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.
Et quis non causas mille doloris habet?
Et cum fortuna statque caditque fides
Et certam præsens vix habet hora fidem
Et subito casu quæ valuere ruunt
Et neglecta solent incendia sumere vires
Et videt & justa librat deus omnia lance,
Et quamcunque viam dederit fortuna sequamur
Et quibus in solo vivendi causa palato est,
Hoc equidem magis illa juvant quæ pluris emuntur,
Et genus & formam regina pecunia donat
Et si non prosunt singula multa juvant
Et genus & virtus nisi cum re vilior alga est
Et semel emissum volat irrevocabile verbum
Et mihi res non me rebus submittere conor
Et labor ingenium misseris dedit, & sua quemque

Advigila

Advigilare ſibi juſſit fortuna premendo.
Excitat auditor ſtudium, laudataque virtus *Ov.4.1*
Creſcit, & imenſum gloria calcar habet.
——— ultima ſemper *Ov.3*
Expectanda dies homini eſt, dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.
Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto *Ov.2.*
Quiſquis ab eventu facta notanda putat.
Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus, *Ov.2*
At contra gravis eſt culpa tacenda loqui.
Exiguum colito laudato ingentia rura. *Vir.2.*
Expletur lachrimis egeriturque dolor *ov.4.1*
Explorant adverſa viros, perque alpera duro *Sil.It.*
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.
Execranda canis tria ſunt latrantia colla, *Prol.*
Scandenda eſt torvi publica cymba ſenis.

F

Fac modo conſueſcas, nihil aſſuetudine majus. *Ov.Ar*
Fac vivas contentus eo quod tempora præbent. *Cato.*
Fallitur, egregio quiſquis ſub principe credit *Cla.l.3*
Servitium, nunquam libertas gratior extat *lau.St*
Quam ſub rege pio.
Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo. *ov.16.*
Fallere credentem non eſt operoſa puellam *ov. 2.1*
Gloria———
Fallit enim multos forma ſine arte decens. *ov. 1.7*
Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbra. *ov. 1.3*
Falliur in dubiis hominum ſolertia rebus. *mant.2*
Fama malum quo non aliud velocius ullum, *vir.4.*
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.
Faſtus ineſt pulchris, ſequiturque ſuperbia formam *ov.1.F*
Fata manent omnes, omnes expectat avarus *ov.ad.*
Portitor, & turbæ vix ſatis una ratis
Felices fruſtra nobis promittimus annos *mant.1*
Semper enim curæ triſtitiæque premunt.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.
rd.13 Felices ter & amplius
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Divulsus querimoniis
Suprema citius solvet amor die.
2.geor Felix qui potuit rerum cognoscere causas.
.in ep. Felix qui propriis ævum transegit in arvis,
Ipsa domus puerum quem videt ipsa senem.
.4. Felix Roma quidem, civesq; habitura beatos,
Si libertatis superis tam cura placeret
Quam vindicta placet.———
5.tr.13 Fertilis assiduo si non renovetur aratro
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
1.de ar. Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumq; pecus grandius uber habet.
1.de ar. Ferreus assiduo consumitur annulus usu,
Interit assidua vomer aduncus humo
.Octa. Ferrum tuetur principem, melius fides
.1.geor Fertur equis auriga nec audit currus habenas
1.ep.5 Fœcundi calices quem non fecere disertum
.2.Æn. Fœminea in pœna nullum est memorabile nomen
nt.trop. Fidete virtuti, fortuna fugacior undis
1.Met. Filius ante diem patris inquirit in annos
3.pon.4 Firma valent per se, nullumq; Machaona quærunt:
Ad medicam dubius confugit æger opem
0. Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps
7.Met. Flebile principium melior fortuna sequuta est
1.de ar Flectitur iratus voce rogante deus
2.de ar Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus
l.1.Tr. Fleq; meos casus, est quædam flere voluptas.
v.sat.9 Flosculus angustus, miseræq; brevissima vitæ
Portio decurrit; dum serta, unguenta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus
Fluctus ut insequitur fluctum, sic tempora volvit.
in.1.syl Nostra catenatis fors inimica malis.
Flumina magna vides parvis de fontibus orta
.1.rem Plurima collectis multiplicantur aquis.
.de art. Formet enim natura prius nos intus ad omnem

Fort

Fortunarum habitum
Fortior in fulva novus eſt luctator arena *ov.4.*
Quam cui ſunt tarda brachia feſſa mora.
Forma perit vino, vino corrumpitur ætas *Prop*
Forma bonum fragile eſt, quantumq; accedit ad annos *ov.2*
Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.
Fortes creantur fortibus, & bonis: *Hor.*
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum *l.4.*
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
——Fortiſſimus ille eſt *Luc.*
Qui promptus metuenda pati, ſi cominus inſtas
Et differre poteſt——
Fortuna opes auferre, non animum poteſt. *Sen.*
Fortunam reverenter habe, quicunq; repente *Auſo*
Dives ab exili progrediere loco
Fortunam ſuperat virtus, prudentia fatum *Mau*
Fortuna arbitriis tempus diſpenſat ubiq; *Ov.*
Fortem poſce animum & mortis terrore carentem *Juv.*
Formoſis levitas ſemper amica fuit *Prop*
Frangit & attollit vires in milite cauſa, *Prop*
Quæ niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor
Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis *Prop*
Frange toros, pete vina, roſis cape, tingere nardo, *Mar*
Ipſe jubet mortis te meminiſſe deus.
Fronte capillata eſt, ſed poſt occaſio calva *Cato*

G

Gaudia principium ſunt noſtri ſæpe doloris *Ov*
Generoſa in ortus ſemina exſurgunt ſuos *Sen.*
Gloria quantalibet, quid erit, ſi gloria tantum eſt *Juv*
Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur hora *Hor.*
Grata deo non ſunt tumantia thura, nec aræ, *Mar*
Nec ſacra, ſi cordis religione carent. *Syl.*
Gratia ab officio quod mora tardat abeſt *ov.3*
Gratia quæ tarda eſt ingrata eſt, gratia namq; *Auſ*

Quæ fieri properat, gratia grata magis
Æn.5 Gratior eſt pulchro veniens e corpore virtus.
3.po.5 Gratius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.
4.po.10 Gutta cavat lapidem, conſumitur annulus uſu

H

.me.7 Habet hoc voluptas omnis,
Stimulis agit furentes,
Apiumque par volantum
Ubi grata mella fudit,
Fugit, & minus tenaci
Ferit icta corda morſu.
.ſat.3 Haud facile emergunt quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi
.3.5. Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
Nudus ad infernas ſtulte vehere rates.
d. Haud facile invenies multis e millibus unum
Virtutem pretium qui putet eſſe ſui.
lent. Hæc virtus vidua eſt, quam non patientia firmat.
.ſat.3 Helleborum fruſtra cum jam cutis ægra tumebit
Poſcentes videas: venienti occurrite morbo.
.ſer.2. ——— corpus onuſtum
Heſternis vitiis animum quoque prægravat una.
1.met. Heu mihi quod nullis amor eſt medicabilis herbis.
2.met. Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.
l.7. Heu quantum miſero pœnæ mens conſcia donat.
t.l.4. Heu primæ ſcelerum cauſæ mortalibus ægris
Naturam neſcire dei——
net.8. Heu heu quæ miſeros tramite devio
Abducit ignorantia!
Non aurum in viridi quæritis arbore
Nec vitæ gemmas carpitis.
4.met Heu quantum ſcelus eſt in viſcere vicera condi
2.Æn Heu nihil invitis fas qemquam fidere divis
1.Æn Heu vatum ignaræ mentes, quid vota furentum
Quid delubra juvant.

Hei

Hei mihi difficile eſt imitari gaudia falſa *Tib. 3.*
Difficile eſt triſti fingere mente jocum.
Heu male nunc artes miſeras hæc ſæcula tractant *Tib. 1.*
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam *ov. 1. tri*
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.
Hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet *ov. 1. F*
——— Hoſtis eſt quiſquis mihi *ſen. He.*
Non monſtrat hoſtem
Humanæque memor ſortis quæ tollit eoſdem *ov. 3 tr*
Et premit, incertas ipſe verere vices.
Humani generis mores tibi noſſe volenti *Ju. Sat*
Sufficit una domus———
——— molliſſima corda *Ju. Sat*
Humano generi dare ſe natura fatetur
Humanis docuit quæ ſit fiducia rebus *Vir. 8.*
Humi jacentem ſcelera non intrant caſam, *Sen. Th*
Tutuſque menſa carpitur anguſta cibus

I

Jam magis atque magis præceps agit omnia fatum *Luc. 6.*
Jam cras heſternum conſumſimus, ecce aliud cras *Perſ. ſa*
Idem amor exitio eſt peccori, pecoriſque magiſtro *virg. 3.*
Ignavus bubo, dirum mortalibus omen *ovi. 5. m*
ignoſcere pulchrum *Claud.*
Jam miſero, pænæque genus vidiſſe precantem *Get.*
Jejunus ſtomachus raro vulgaria temnit *Ho. 2. ſ*
Ille crucem precium ſceleris tulit hic diadema *Ju. ſat.*
Illi robur & æs triplex *H. od 3.*
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſſit pelago ratem
Primus———
Illud amicitiæ ſanctum & venerabile nomen *ov. 1. t*
Nunc tibi pro vili, ſub pedibuſque jacet.
Illud amicitiæ quondam venerabile nomen *O. 2. p*
Proſtrat, & in quæſtu pro meretrice ſedet
Illud quod medium eſt atque inter utrumque

ep.2 Iliacos intra muros peccatur, & extra
e ar. Imberbis juvenis tandem cuſtode remoto
Gaudet equis canibuſq; & aprici gramine campi
l.7. Immodicis brevis eſt ætas & rara ſenectus
Quicquid amas cupias non placuiſſe nimis
d.7. Immortalia ne ſperes monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem
Impedit ira animum ne poſſit cernere verum.
am.9 Impia ſub dulci melle venena latent.
rem Impatiens animus nec adhuc tractabilis arte
Reſpuit, atque odio verba monentis habet
4.Æ. Improbe amor quid non mortalia pectora cogis!
1.ep.1 Impiger extremos currit mercator ad indos
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.
ep.10 Imperat aut ſervit collecta pecunia cuique
ep. Incubuit nunquam cœleſtis fiamma ſalictis,
Nec parvi frutices iram metuere tonantis,
Ingentes quercus, annoſas fulminat ornos
1.Faſt In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias pauper ubique jacet.
d. Ingenio formæ damna rependo meæ
2.rem Ingenium magni livor detrectat Homeri
Quiſquis es ex illo Zoile nomen habes
3.tr 7 Injiciuntque manus formæ damnoſa ſenectus
Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit
.tr.11 In cauſa faci i cuivis licet eſſe diſerto
.in Me Iniqua nunquam regna perpetuo manent
a. de 4 In commune jubes ſi quid, cenſeſque tenendum,
h.Con. Primus juſſa ſubi, tunc obſervantior æqui
Fit populus ———

3 po.2 Interdum lachrymæ pondera vocis habent
am.7. Ingenium quamvis fuerit pretioſius auro
At nunc barbaria eſt grandis habere nihil
.de ar. Ingenium cœleſte ſuis velocius annis
Surgit, & ignavæ fert mala damna moræ.
od.22 Integer vitæ, ſceleriſque purus,
1. Non eget Mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida ſagittis

Fuſce pharetra

Intrat amor mentes uſu, dediſcitur uſu. Ov
In ſobolen tranſire patris cum ſemine virtus Ma
Sæpe ſolet ———
In prolem dilata ruunt perjuria patris, Cla
Et pœnam merito filius ore luit.
Inter Pigmæos non pudet eſſe brevem Ma
Intollerabilius nihil eſt quam fœmina dives. Ju.
Inter finitimos vetus atque antiqua ſimultas, Ju.
Immortale odium, & nunquam ſanabile vulnus.
Intempeſtive qui monet, ille nocet Ov
Indulget fortuna malis ut lædere poſſit II.
Inquinat egregios adjuncta ſuperbia mores Ca
Invida fatorum ſeries; ſummiſque negatum Cla
Stare diu ——— Ho
Invidiam nimio cultu vitare memento Lu
Invidiæ morbo præſens male judicat ætas; Ca
Judicium melius poſteritatis erit M
In vitium ducit culpæ fuga ſi caret arte
Intendes animum ſtudiis & rebus honeſtis H
Invidia vel amore vigil torquebere. H
Invidus alterius rebus macreſcit opimis.
Invidia Siculi non invenere tyranni
Tormentum majus.
Ipſa dies quandoque parens quandoque noverca eſt. S
Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces, C
Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaque late
Fortunæ ſecura nitet &c.
Ipſe licet venias muſis comitatus Homere
Si nihil attuleris ibis Homere foras.
Ira furor brevis eſt, animum rege, qui niſi paret H
Imperat, hunc frænis hunc tu compeſce catenis
Ira odium generat, concordia nutrit amorem
Irus & eſt ſubito qui modo Cræſus erat.
Is ſapiens qui ſe ad caſus accommodat omnes
Judicis officium eſt ut res ita tempora rerum
Quærere, quæſito tempore tutus erit.
Judicium reddit verum narratio vera

t.ibid Jurgia bilem acuunt, convitia pectus acerbant.
Judicium metuit sibi mens male conscia justum
.art. Judice me fraus est concessa repellere fraudem
Armaque in armatos sumere jura sinunt.
.Art. Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.
En.1. Jupiter est quodcunque vides quocunque mover
3.l.3 Justum & tenacem propositi virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida: neque Auster
ro. Juvenile vitium est, regere non posse impetum.
oct. Juvenilis ardor impetu primo furit,
Langueſcit idem facile, nec durat diu.

L

ed. Labimur sævo rapiente fato
im.8 Labitur occulte, fallitque volubilis ætas
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo
m.8 Labitur admissis heu celer annus equis
9.1. ——————labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas
1. Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit, observant quem statuere diem
ip: Lætitia juvenem, frons decet tristis senem
1.2. Latrantem stomachum bene lenit cum sale panis
.2. Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam si Lybiam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pœnus
serviat uni.
rst. Laudamus veteres sed nostris utimur annis
2. Laudat venales qui vult extrudere merces
st. Læsa pudicitia est nulla reparabilis arte
Lætius est quoties magno sibi constat honestum
is. Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est
d. Levis est dolor qui capere consilium potest
Et clepere sese

Lætus in præſens animus, quod ultra eſt — *Hor.od*
Oderit curare: & amara læto — *li.2.*
Temperat riſu. Nihil eſt ab omni
Parte beatum.
Leve eſt miſerias ferre, preferre eſt grave — *Sen. T*
Libertas quoniam nulli jam reſtat amanti — *Prop.*
Nullus liber erit ſi quis amare poteſt
Libertas eſt ſumma bonis ſub principe juſto — *Man.6*
Libertatis amor miſerum quid decipis orbem? — *Luc. 8*
Lis eſt cum forma magna pudicitiæ — *Ov.15*
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit — *Cato*
Littore quot conchæ tot ſunt in amore dolores — *Ov.2.*
Quæ patimur multo ſpicula felle madent
Linquenda tellus, & domus, & placens — *H.o.14*
Uxor; neque harum quas colis arborum
Te præter inviſas Cupreſſos,
Ulla brevem dominum ſequuter.
Livor tabificùm malis venerum — *vir.de*
Intactis vorat oſſibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem
Livor iners vitium, mores non exit in altos, — *ov.3.p*
Utque latens ima vipera ſerpit humo.
Livor & ambitio primatum, infidaque vulgi — *Mant.*
Mobilitas, rerum ſemper ſtudioſa novarum
Sollicitant regnantum animos.
Longa mora eſt nobis omnis quæ gaudia differt. — *ov.18.*
Longa dies homini docuit parere leones — *Tib.l.4*
Longa dies molli ſaxa peredit aqua.
Longa dies marmor ſolidum contrivit & æra — *Mant.*
Longius aut propius ſors ſua quemque manet.
Loripedem rectus derideat Æthiopem albus — *Juv.ſa*
Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis — *Ho.2 A*
Ludit in humanis divina potentia rebus, — *ov.4.p*
Et certam præſens vix habet hora fidem.
Luxuries nunquam parvo contenta paratu — *Luc. 4.*
Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis — *Ov.3.A*
Luxuries vitiis, odiiſque ſuperbia vertit — *Cl.3. S*
Regna

ud.2. Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
ſtil. Corporis arbitriis, hebetat caligine ſenſus,
Membraque Circæis effœminat acrius herbis.
——lux altiſſima fati
. Hon. Occultum nil eſſe ſinit, latebraſque per omnes
ſ. Intrat, & abſtruſos explorat fama receſſus.

M

.9.Æ. Macte nova virtute puer, ſic itur ad aſtra
le 7 ſp. Magna repente ruunt, ſumma cadunt ſubito
v.ſa.13 Magna quidem ſacris quæ dat præcepta libellis
Victrix Fortunæ Sapientia. Dicimus autem
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ
Nec jactare jugum vita didicere magiſtra
n.5.ec. Magnates dare parva pudet, dare magna recuſant.
r.od.24 Magnum pauperies opprobrium, jubet
3. Quidvis & facere & pati,
Virtutiſque viam deſerit arduæ.
. Oct. Male imperatur cum regit vulgus duces
v.ſat.5 Maxima quæque domus ſervis eſt plena ſuperbis
ſat. 14 Maxima debetur puero reverentia, ſi quid
Turpe paras; nec tu pueri contemſeris annos.
ſ.3 l.2 Maxima pars hominum morbo jactatur eodem
.5.epiſt Me miſerum quod amor non eſt medicabilis herbis
.ecl.2. Me tamen urit amor; quiſnam modus adſit amori?
.1.ep.7 Meriri ſe quemque ſuo modulo & pede verum eſt
.pon.7 Membra reformidant mollem quoque ſaucia tactum,
Vanaque ſollicitis incitat umbra metum
1.Am.9 Militat omnis amans & habet ſua caſtra Cupido
ſ.ſat.5 Mille hominum ſpecies & rerum diſcolor uſus
.9.Th. Mille modis lethi miſeros mors una fatigat
.lib.1. Millia frumenti tua triverit area centum
.1. Non tuus hoc capiet venter plus quam meus.
.Tro. Minimum decet libare cui multum licet.
ſ.l.ep.5 Miramur periiſſe homines, monumenta fatiſcunt
Mors etiam ſaxis, nominibuſque venit.

Mirari

Miraris cum tu argento poſt omnia ponas — *Hor.ſa*
Si nemo præſtet quem non mereatis amorem — *l.1*
Miſce ſtultitiam conſiliis brevem — *Hor.od*
Dulce eſt deſipere in loco — *l.4*
Miſta ſenum ac juvenum denſantur funera, nullum — *Hor.o*
Sæva caput proſerpina fugit — *l.1*
Miſerarum eſt, neque amori dare ludum, — *Hor.*
Neque dulci mala vino lavere; aut ex- — *o.12.*
animari, metuentes patruæ verbera linguæ.
Miſerrimum eſt timere cum ſperes nihil — *Sen.*
Mobilis & varia ferme eſt natura malorum. — *Juv.*
Mobile tempus abit mora nulla fugacibus annis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus. — *Cla.*

Momento aut cita mors venit, aut victoria læta — *Hon.*
Moribus, & forma conciliandus amor — *Hor.*
Moribus antiquis res ſtat Romana, virisq; — *Ovi.*
Mors & fugacem perſequitur virum: — *Enni*
Nec parcit imbellis juventæ — *Hor.*
Poplitibus, timidoq; tergo — *l.3.*
———Mors ſola fatetur — *Juv*
Quantula ſunt hominum corpuſcula ——
Morte carent animæ, ſemperque priore relicta — *Ov.*
Sede, novis domibus vivunt, habitantque receptæ — *13*
Morborum omne genus circumſilit agmine facto — *Ju.*
Multa ſenem circumveniunt incommoda: vel quod — *Hoc*
Quærit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti
Multa renaſcentur quæ jam cecidere, cadentque. — *Hor*
Multa dies, variuſque labor, mutabilis ævi — *Vir*
Pertulit in melius
Multa tulit, fecitque Puer, ſudavit, & alſit — *Hor*
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri — *Vir*
Multi ad fatum venere ſuum, dum fata timent. — *Ser*
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum, — *Ho*
Multa recedentes adimunt
Multum (crede mihi) refert a fonte bibatur — *M*
Qui fluit, an pigro quæ ſtupet unda lacu
Multum in amore fides, multum conſtantia prodeſt — *Pr*

Mulc-

art. Multa dies,& multa litura coerceat, atque
Perfectum decies carmen caſtiget ad unguem
Multorum diſce exemplo, quæ facta ſequaris,
Quæ fugias ; vita eſt nobis aliena magiſtra
2.ep. Multa fidem promiſſa levant, ubi plenius æquo
Laudat vænales qui vult extrudere merces
.art. Mundiciæ placeant, careant rubigine dentes,
Inque cava nullus ſtet tibi nare pilus
.art. Munera crede mihi placant homineſque deoſque
Placatur donis Jupiter ipſe datis

N

p.19 Nam tua res agitur paries cum proximus ardet
Nam quicunque ſenex ſenſus puerilis in illo eſt
t.13 Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet
Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum
f. Nam dolor & morbus lethi fabricator uterque eſt
Namque ſolent primo quæ ſunt neglecta nocere
.met Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra voco
o.5. Nam magis abducto pomum decerpere ramo
Quam de cælata ſumere lance juvat
Nam levius lædit quicquid prævideris ante
par. Nam quid longa dies homini niſi longa dolorum
Colluvies ?
r.3. Nam vitiis nemo ſine naſcitur ; optimus ille eſt
Qui minimis urgetur
.aſ. Naſcentes morimur finiſque ab origine pendet
g. Naſcimur arbitrio ſuperum, morimurque,nec ulli
Fas ſperare hominum quicquam ſine numine divum
Æn Nate dea, quo fata trahunt retrahuntque ſequamur
10 Naturam expellas furca licet, uſque recurret
Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ
.1. Navita de ventis, de tauris narrat arator
cl. Nec poterit celare ſuas, nec vincere curas

Fæmina

Nec curare deum credis mortalia quenquam — *Vir.8*
Nec facile eſt æqua commoda mente pati — *Ov. 2*
Nec forma æterna, aut cuiquam eſt fortuna perennis — *Prop.*
Nec vera virtus cum ſemel occidit — *H.l.3*
Curat reponi deterioribus
Nec regna ſocium ferre nec tædæ ſciunt — *Sen.*
Nec ſterilis locus ullus ita eſt ut non ſit in illo — *O.l.4*
Miſta fere duris utilis herba rubis
Neglectis urenda filix innaſcitur agris — *H.1.*
Nec minor eſt virtus quam quærere parta tueri, — *Ov. 2*
Caſus ineſt illic, hoc erit artis opus
Nec quæ præteriit rurſum revocabitur unda, — *Ov. 3*
Nec quæ præteriit hora redire poteſt
Nec quiſquam melior medicus quam fidus amicus — *Cato*
Nec ſemper feriet quodcunque minabitur arcus — *H.de*
Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa — *Ov. 1*
Convenit, hæc oleis, hic bene farra virent
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures — *Hor.1*
Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent — *Ovid*
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa
Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit — *Cl.4.*
Succurret, mentemque domet reſpectus honeſti
Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt — *Vir.2*
Nec tua laudabis ſtudia aut aliena reprendes — *H.1.*
Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore, — *virg.*
Uno namque modo vina Venuſque nocent
Nec quicquam populo bibulas donaveris aures — *Perſ.*
Reſpice quod non es.
Nemo adeo ferus eſt qui non miteſcere poſſit — *Hor.1*
Si modo culturæ patientem præbeat aurem
Nemo ſilens placuit, multi brevitate loquendi — *Auſ.*
Nemo repente fuit turpiſſimus — *Ju.ſ.*
Nemo confidat nimium ſecundis — *Sen.*
Nemo deſperet meliora lapſis
Nempe coquus domini debet habere gulam — *Mart*
Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ — *Ho.2*
Ne pudeat quæ neſcieris te velle doceri, — *Cato*

Scire

Scire aliquid laus eſt, pudor eſt nil diſcere velle
.10 Æ Neſcia mens hominum fati, ſortiſque futuræ,
Et ſervare modum rebus ſublata ſecundis
1.po.4 Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui
Ne tibi quid deſit, quæſieris utere parce
4.po.4 Nil adeo fortuna gravis miſerabile fecit
Ut minuant nulla gaudia parte malum
.1. ep. ——— hic murus aheneus eſto
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa
1.ſat.3 Nil habet infælix paupertas durius in ſe
Quam quod ridiculos homines facit
1.ſat. Quanto fælicior hic qui
Nil cuperet, quam qui totum ſibi poſceret orbem
4.tr.7 Nil ita ſublime eſt, ſupraque pericula tendit
Non ſit ut inferius, ſuppoſitumque deo
.1.art. Nil niſi turpe juvat, curæ eſt ſua cuique voluptas
Hæc quoque ab alterius grata dolore venit
.2.po.6 Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo
.2.tri. Nil prodeſt quod non lædere poſſit idem
.2.po.3 Nil niſi quod prodeſt charum eſt, en deriahe menti
Spem fructus avidæ, nemo petendus erit.
1.3.am Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata
4 Sic interdictis imminet æger aquis
1.ſa.13 Nocte dieque tuum geſtas in pectore teſtem
.He.fu Non eſt ad aſtra mollis e terris via
.l.1.p Non luget quiſquis laudari Gellia quærit;
Ille dolet vere qui ſine teſte dolet
(ſat.1 ——— Non ſi quid turbida Roma
Elevet, accedas: examenve improbum in illa
Caſtiges trutina, nec te quæſiveris extra
1.Hor. Non ſic excubiæ, nec circumſtantia pila
Quam tutatur amor
od.6: Non poſſidentem multa vocaveris
Recte beatum, &c.
.inMe. Nemo potentes aggredi tutus poteſt
.od.16 Non enim gazæ, neque conſularis
Summovet lictor miſeros tumultus

Mentis

Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volantes.
Non ſollicitæ poſſunt curæ *Sen. in*
Mutare rati ſtamina fuſi
Non abolet prorſus mors fata illuſtria, virtus *Mant.*
Vivit apud ſuperos, & habet ſua præmia
Non bene conveniunt, nec in una ſede morantur *Ov. 2.*
Majeſtas & amor
Non cuivis homini contingit adire Corinthum *Ho. 1.*
Non bene cœleſtes impia dextra colit *Ovi.*
Non datur ad muſas currere lata via *Prop.*
Non Deus ut perhibent amor eſt, ſed amaror & error *Man.*
Non debet dolor eſſe viri flagrantior æquo *Juv.*
Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere vivam *Mart.*
Sera nimis vita eſt craſtina, vive hodie.
Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor *Ho. 1.*
Non eadem ratio eſt curare & cernere morbos, *Ov. 3.*
Senſus ineſt cunctis, tollitur arte malum
Non eſt in medico ſemper reveletur ut æger, *Ov. 1.*
Interdum docta plus valet arte malum.
Non habet officium lucifer omnis idem *Ovi.*
Non formoſus erat, ſed erat facundus Uliſſes, *Ovi.*
Et tamen æquoreas torſit amore deas *art.*
Non honor eſt, ſed onus, ſpecies læſura ferentes *Ov.*
Si qua voles apte nubere pari
Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco *Vir.*
Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua *Ov.*
Audet in exiguo ludere cymba lacu
Non labor eſt populis aſſueſcere legibus iſtis *Ma.*
Quas reges ſervare vident
Non omnes arbuſta juvant, humileſque myricæ *Vir.*
Non opibus mentes hominum, curæque levantur *Tib.*
Non proptor vitam faciunt patrimonia quidam *Juv.*
Sed vitio cæci propter patrimonia vivunt
Non ſolum taurus ferit uncis cornibus hoſtem, *Pro.*
Verum etiam inſtanti læſa repugnat ovis
Non ſit in arcanis mulier tibi conſcia rebus *Cat.*
Nos viles pulli nati infelicibus Ovis *Fur.*

Nos

t. Nos numeri ſumus, & fruges conſumere nati
l. Nos quoque floruimus, ſed flos fuit illa caducus
2.ſyl. Nos miſeri quibus una dies ſuprema, quis ævi
Exitus incertum, quibus inſtet fulmen ad aſtris
7.l.4. Nos ubi decidimus
Quo pius Ænæas, quo Tullus dives & Ancus,
Pulvis & umbra ſumus
ſat.7 Noſſe volunt omnes mercedem ſolvere nemo
2.cal. Noſtra brevis, veloxque ætas & plena laborum.
Art. Nocte latent mendæ vitioque ignoſcitur omni,
Horaque formoſam quamlibet illa facit
Æn Noctes atque dies patet atri janua Ditis
am. Nox, & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent
tri. Nube ſolet pulſa candidus ire dies
riſ.8 Nullus ad amiſſias ibit amicus opes
Nullus erit liber ſiquis amare velit
de po Nulla dies adeo eſt auſtralibus humida nimbis
Non intermiſſis ut fluat imber aquis
2.l.2 Nullus argento color eſt avaris
Abditæ terris inimice lamnæ
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat uſu.
The Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo
Forma dei, mentes habitare & pectora gaudet.
hyeſ. Nulla vis major pietate vera eſt
hyeſ. Nulla ſors longa eſt, dolor & voluptas
Invicem cedunt, brevior voluptas.
l,e.12 Nulli te facias nimis ſodalem
Gaudebis minus, & minus dolebis
at.3 Nullius addictus juravi in verba magiſtri.
Æn. Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.
o. Nulla fides pietaſque viris qui caſtra ſequuntur.
. Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.
a.6 Nulla fere cauſa eſt, in qua non fæmina litem
moverit——
trop Nulla ſuo res eſt ſi ſit data tempore vilis.
).20 Nulla placere diu nec vivere carmina poſſunt

Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.
Nullum cum victis certamen & æthere caſſis. v. 11
Nunc hederæ ſine honore jacent, operataque doctis o. 3. d
Cura vigil muſis nomen inertis habet.
Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit. Ju. ſa
Nunquam bella bonis, nunquam certamina deſunt, Proſp
Et cum quo certet mens pia ſemper habet.
Nunquam placidam ſceptra quietem Sen.
Certumque ſui tenuere diem.
Nunquam ſtygias fertur ad undas Se. H
Inclyta virtus.
Nuſquam tuta fides vir. 4
Nutritur vento, vento reſtinguitur ignis, Ov. 2
Lenis alit flammas, grandior aura neat.

O

O fortuna potens quam variabilis, Virg.
Tantum juris atrox quæ tibi vendicas,
Eve tuſque bonos, eligis improbos
O quantum bonum eſt Se. in
Obſtare nulli, carpere ſecuras dapes.
O quam miſerum eſt neſcire mori. Sen.
O ſi paveant pectora Ditum Se. H
Quantos intus ſublimis agit
Fortuna metus?
O funeſtus multis, populi Sen. in
Diruſque favor, qui cum flatu
Vela ſecundo ratis implevit,
Vixitque procul, languidus idem
Deſerit alto, ſævoque mari.
O cives cives quærenda pecunia primum, Ho. 1.
Virtus poſt nummos.
O fortunatos nimium ſua ſi bona norint Vir. 2
Agricolæ.
O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinſit Pe. ſ.
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis: Iba.

2. O miseras hominum mentes, o pectora cæca,
Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periclis
Degimus
sat. 1. O curas hominum, O quantum est in rebus inane!
to Obsequio quoniam dulces retinentur amici.
.art. Obsequio tranantur aquæ, nec vincere possis
Flumina, si contra quam rapit unda nates.
sat. 7. Occidit miseros crambe repetita magistros.
.rem. Ocia si tollas periere Cupidinis arcus.
p. 5. Ocia corpus alunt animus quoq; pascitur illis
1. epi. Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi.
e. 17. Oderunt peccare boni virtutis amore;
Oderunt peccare mali formidine pœnæ
. Art Odimus accipitrem quia vivit semper in armis,
Et pavidum solitos in pecus ire lupos.
. Fast Odimus immodicos (experto credite) fastus.
Omne solum forti patria est, & piscibus æquor.
od 28 Omnes una manet nox
Et calcanda semel via lethi.
. trist Omnia perversas possunt corrumpere mentes.
on. 3. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu quæ valuere ruunt.
t. 6 ec Omne bonum præsens minus est, sperata videntur
Magna ———
ep. 1. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum
. trop Omnibus esse lupos licet in regione luporum
9. ecl. Omnia fert ætas animum quoque ———
10 ecl Omnia vincit amor & nos cedamus amori
3. Geo Omne adeo genus in terris hominumq; deumque
In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem
sat 8. Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet quanto major qui peccat habetur
2. 1. Omnes humanos sanat medicina dolores,
Solus amor morbi non amat artificem.
.rem. Omnia sub leges mors vocat atra suas.
sat. 1. Omne in præcipiti vitium stetit, utere velis.
n epig Omnia quæ sensu volvuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies

Omnibus

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inter amicos — *H.1.ſer*
Ut nunquam inducant animum cantare rogati
Injuſſi nunquam deſiſtant
Omnia ſunt ingrata, nihil feciſſe benigne eſt. — *Catul.*
Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas : — *Prop. 3*
Majus ab exequijs nomen in ora venit.
Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci — *Hor.de*
Omnibus invideas livide nemo tibi — *Mart. l.*
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus — *H.1.ep.*
Opprime dum nova ſunt ſubiti mala ſemina morbi — *Ov.1.re*
Nam mora dat vires
Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi — *Vir.3.G*
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus.
Orandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano. — *Ju.ſat.1*

P

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas — *H.od.4.l*
Regumque turres
Pars hominum vitijs gaudet conſtanter & urget. — *H.2.ſer.*
Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus. — *Ho.de A*
Parva necat morſu ſpacioſum vipera taurum — *Ov.2.re*
Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit. — *o.1.am 1*
Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat, — *O.5.triſ.*
Et manet in nullo certa tenaxque loco.
Paulum ſepultæ diſtat inertiæ
Celata virtus — *H.od.9.l.*
Pauper enim non eſt cui rerum ſuppetit uſus — *H.2.ep.1*
Paupertatis onus ſapienter ferre memento — *Cato*
Pauper eris ſemper, ſi pauper es Æmiliane; — *Mart. l.5*
Dantur opes nullis nunc niſi divitibus.
Pauperies inimica bonis eſt moribus —— — *Man.ecl.1*
Pauca voluptati debentur plura ſaluti. — *Cato*
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres. — *Man.8.fy*
—— Pax optima rerum — *Sil.Ital.*
Quas homini noviſſe datum eſt, pax una triumphis
Innumeris potior.

in com. Pax majora docet, peragit tranquilla potestas
n. Quod violenta nequit, mandataque fortius urget
Imperiosa quies.
nt. 8. sil Pax hominum genetrix, pax est custodia rerum
Pax aperit judicis, justitiæque forum.
. Art. 1. Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figuræ.
. 1 Art. Pectora dum gaudent, tunc subit arte Venus.
s. sat. 5 Pelliculam veterem retines, & fronte politus
Astutam vapido servas sub pectore vulpem.
nius Pellitur e medio sapientia, vigetque res.
1. ep. 19 Percontatorem fugito, nam garrulus idem est
. Æn. 1 Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium.
. am. 10 Perter, & obdura, dolor hic tibi proderit olim,
Sæpe tuli lassis succus amarus opem.
anil. 14. Per varios usus artem experientia fecit.
. sat. 13. Ploratur lachrymis amissa pecunia veris.
ana. tro. Plurima virtuti laus est, sed præmia nulla
. 1. Fast. Plus is opes nunc sunt quam priscis temporis annis
. tri. 15. Plus valet humanis viribus ira dei
Cato Plus vigila semper ne somno deditus esto.
Mant. Post obitum benefacta manent, æternaque virtus
Non metuit Stygijs ne rapiatur aquis.
iv. sat. 6 Præstabat castas humilis fortuna Latinas.
v. sat. 6. Prima peregrinos obscæna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu
Divitiæ molles.
a. in lau. Principio magni custos clementia mundi
il. Quæ Jovis incoluit zonam, quæ temperat æthrum
art. Principis est virtus maxima nosse suos
v. 1. rem. Principijs obsta, sero medicina paratur
Cum mala per longas invaluere moras.
. 1. de art Promittas facito, quid enim promittere lædit;
Promissis dives quilibet esse potest.
. 1. Met. Pronaque cum spectant animalia cætera terram
Os homini sublime dedit.
Cato Propaganda etenim rerum doctrina bonarum,
Proque sua causa quisque disertus erit

— Propria describit deus — Sen.in
Officia, & ævum per suos ducit gradus.
Protinus ante meum quicquid dolet exue limen — Ju.sat
Proijcit ampullas & sesquipedalia verba — Hor.de
Prudens futuri temporis exitum — Hor.od
Caliginosa nocte premit deus; — l.3.
Ridetque si mortalis ultra
Fas trepidat.
Pulchrum eminere est inter illustres viros, — Sen.in
Consulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abstinere, tempus atque iræ dare.

Q

Qua flumen placidum est, forsan latet altius unda. — Cato
Qualem commendes etiam atq; etiam aspice, ne mox — H.1 ep
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Quales ex humili magna ad fastigia rerum — Juv.s
Evexit, quoties voluit fortuna jocari.
Quam cito (me miserum) laxantur corpora rugis, — Ov.3.
Et perit in nitido qui fuit ore color.
Quam male inæquales veniunt ad aratra juvenci, — Ov.9.
Tam premitur magno conjuge nupta minor.
Quamtula sunt hominum corpuscula sola fatetur — Ju sat
Mors.
Quantum quisque sua nummorum servat in arca — Juv.s
Tantum habet & fidei.
Quanto quisque sibi plura negaverit — H.l.3
A Dijs plura feret.
Quæ culpare soles, ac ne tu feceris ipse. — Cato
Quæ dos matronæ pulcherrima? vita pudica. — Auson
Quæ casta est? de qua mentiri fama veretur.
Quælibet extinctos injuria suscitat ignes. — ov.l.3
Quælibet iratis ipse dat arma dolor. — Ov 6.
Quemque suæ rapiunt scelerata in prælia causæ — Luc.
Quæ modo pugnabant jugunt sua rostra columbæ — v.2
Quem ratio non ira movet dijs proximus ille est. — Cl.con

ep. 10 Quem res plus nimio delectavere ſecundæ
Mutatæ quatiant

e. fur Quemcunq; miſerum videris, hominem ſcias;
Quemcunque foreem videris, miſerum neges.

ep. 9 Quem non mille feræ, quem non Sthemeleius hoſtis,
Non potuit Juno vincere, vicit amor.

.6 ec. Quænam ſumma bona? mens quæ ſibi conſcia recti

.6. ec. Quis dives? qui nil cupiat, quis pauper? avarus

. Ant. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus; hoc illi garrula lingua dedit.

. rem Quæ nimis apparent retia vitat avis.

. em. Quæritur Ægyſtaus quare ſit factus adulter
In promptu cauſa eſt deſidioſus erat

ep. 2. Quicquid delirant reges plectuntur Achivi

5. Æn Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo

. Quicquid agis prudenter agas, & reſpice finem

2. ſyl Quicquid habet ortus finem tinet, ibimus omnes.

e. 6. Quicquid ſub terra eſt in apricum proferet ætas

te ars Quicquid præcipies eſto brevis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.

e. fur —— Qui genus jactat ſuum
Aliena laudat

2. li Qui cupit, aut metuit, juvat illum ſic domus, aut res,
Ut picta tabulæ, fomenta podagram.

. ſa. 1 Quid juvat immenſum te argenti pondus, & auri,
Furtim defoſſa timidum deponere terra?

9. l. 1 Quid ſit futurum cras fuge quærere, &
Quem ſors dierum cunque dabit, lucro
Appone.

6. ſa. Quid facient leges ubi ſola pecunia regnat

med. Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet ſtatuerit, haud æquus fuerit

Ue. 7 Quicunque ſolam mente præcipiti petit
Summamque credit gloriam
Late patentes ætheris cernat plagas,
Arctumque terrarum ſinum

rap. Quid mentem traxiſſe polo, quid profuit altum
3. Excifſe caput? pecudum ſi more peretras

Avia

Qui terret, plus ille timet; sors ista tyrannis — *Cl. c. l.*
Convenit; invideant claris fortesque trucident.
Qui se volet esse potentem — *Boe. M.*
Animos domet ille feroces — *li. 3.*
Nec victa libidine colla
Fœdis submittat habenis.
Quisnam igitur liber? sapiens sibique imperiosus, — *H. Sa.*
Quem neq; pauperies, neq; mors neq; vincula terrent.
Quisquis medium delegit iter — *Se. in*
Stabili nunquam tramite curret.
Qui non vetat peccare cum possit jubet. — *Sen. T.*
Qui sceptra duro lævus imperio regit, — *Sen. O.*
Timet timentes, metus in authorem redit.
Quicquid patimur mortale genus, — *Sen. T.*
Quicquid facimus venit ab alto.
Quid quisque vitet, nunquam homini satis — *Ho. 1.*
Cautum est in horas.
Quis furor est atram bellis accersere mortem? — *T. el. 1.*
Imminet, & tacito clam venit illa pede
Quis finis aut pudor est unquam properantis avari. — *Ju. Sa.*
Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus, — *M. l. 8.*
Non facit ille deos, qui rogat, ille facit.
Quid non longa dies, quid non consumitis anni? — *Man.*
Quid petitur sacris nisi tantum fama poetis — *O. 1. s.*
Qui monet ut facias quod jam facis, ille monendo — *O. 5. T.*
Laudat, & hortatu comprobat acta suo.
Qui non est hodie, cras minus aptus erit. — *Ov. 1.*
Quippe nec ira deum tantum, nec tela, nec hostes, — *Sil. It.*
Quantum sola noces animis illapsa voluptas.
Qui satur est pleno laudat jejunia ventre. — *Man. c.*
Quique alijs cavit non cavet ipse sibi — *O. 1. a.*
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo — *O. 2. p.*
Omnibus unca cibis æra subesse putat.
Quisnam hominum est quem tu contentum videris uno — *Ju. Sa.*
Flagitio
Quisquis plus justo non sapit ille sapit. — *Mart.*
Qui cupit optatam cursu contingere metam, — *Ho. de*

Multa

Multa tulit, fecitque puer, ſudavit, & alſit.
Quiſquis ubique habitat Maxime, nuſquam habitat.
Quocunque ingrederis ſequitur mors, corpus ut umbra.
epiſt Quod caret alterna requie durabile non eſt.
r. aet Quos fælices Cynthia vidit
Vidit miſeros abitura dies.
gam Quod ratio nequit ſæpe ſanavit mora.
o. ——— Quo fortuna alterius
Evexit, atque levavit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere fælicem decet
.fu. Quod quiſque fecit patitur, authorem ſcelus
Repetit, ſuoque premitur exemplo nocens.
Quod merito pateris patienter ferre memento
2. Æ Quo deus, & quo dura vocat fortuna, ſequamur.
Quod juſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum.
Art Quod latet ignotum eſt, ignoti nulla cupido.
m. 8 Quod male fers, aſſueſce, feres bene
Quod nimium eſt fugito, parvo gaudere memento
Quod prudentis opus? cum poſſit, nolle nocere.
Quod ſtulti proprium? non poſſe, & velle nocere.
art. Quod refugit multi cupiunt; odere quod inſtat.
ep. 2. Quod ſatis eſt, cui contingit, nil amplius optet.
Quod procul ab oculis, procul eſt a limite cordis,
p. 5 Quo mihi fortuna, ſi non conceditur uti.
. Æ. Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.
p. 2. Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu.
tri. 5 Quo quiſque eſt major magis eſt placabilis iræ,
Et facile motus mens generoſa capit.
met. Quoque magis tegitur tanto magis æſtuat ignis.
triſt. Quoque minor ſpes eſt hoc magis ille cupit.

R

l. 3. Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.
. 10. ——— Rara eſt concordia formæ

Atque

Atque pudicitiæ.
Rara si conſtet ſua forma mundo, *Boet.*
Si tantas variat vices ; *3. d. 2*
Crede fortunis hominum caducis,
bonis crede fugacibus.
Rara avis in terris, nigroque ſimillima ſigno. *Juv.*
Rara fides hominum quia multi multa loquuntur. *Cato.*
Rari quippe boni, vix ſunt numero totidem, quot *Juv.*
Thebarum portæ vel divitis oſtia Nili
Rara dari, rariſque ſolet contingere virtus. *Sta.*
Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam, *Mar.*
fortiter ille facit qui miſer eſſe poteſt.
Rebus anguſtis animoſus atque *Hor.*
Fortis appare ; ſapienter idem *lib. 1*
Contrahes vento nimium ſecundo
turgida vela.
Rectius vives Lycine, neque altum *Hor.*
Semper urgendo, neque dum procellas *lib.*
Cautus horreſcis, nimum premendo
littus iniquum.
Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis *Ov.*
Regis ad exemplum totus componitur orbis. *Cla.*
Regem non faciunt opes ; *Hor.*
Non veſtis Tyriæ color, *Sen.*
Non frontis nota regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Regum timendorum in proprios greges, *Ho.*
Reges in ipſos imperium eſt Jovis. *od.*
——Regi frænis nequit
Et ira, & hoſtis fervens, & victoria.
Res eſt ſolliciti plena timoris amor. *Ov.*
Res eſt forma fugax, quis ſapiens bono *Sen.*
Confidit fragili, dum licet utere.
Rex eſt qui poſuit metus, *Sen.*
Et diri mala pectoris ;
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam ſtabilis favor
Vulgi præcipitis movet.

Rideur

art Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem.
6. Roma tuum nomen terris fatale regendis.
Faſt. Rumor, ut eſt velox, agitatis pervolat alis.

S

m.6 Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſq; ſuorum
t.4 Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit.
Scilicet in vulgus manant exempla regentum.
.15 Scilicet infan, nemo in amore videt
art Scilicet ingenium placido mollitur ab arte
ſ.4 Scilicet ut fulvum ſpectatur ab ignibus aurum
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides
9.6 Scilicet uxorem cum dote pecunia donat
Æn. Scilicet heu nimium ſtudia in contraria vulgus
:.1 Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.
art Scribendi recte ſapere eſt, & principium & fons.
.1 Scribimus indocti doctique poemata paſſim
.2 Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbem.
:.7 Sæpe latet molli colubr ſub graminis umbra.
eſt Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & cellæ graviore caſu
Decidunt turres, feriuntque ſummos
fulmina montes
l. Sæpe tulit feſſis ſuccus amarus opem
l. Scindentur veſtes, gemmæ frangentur, & aurum,
Carmina quam tribuunt fama perennis erit.
Scrutamur rimas, everrimus omne profundum,
Quæritur agenti ſemen, nunc aurea vena.
Sæpe perit ventis obruta cymba ſuis
Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala.
Sæpe tacens vocem verbaque vultus habet
Sed famæ invigilare decet, quis noſſet Homerum
Ilias æternum ſi latuiſſet opus?
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus

Sed

Sed mora tuta brevis, ſenteſcuunt tempore cu æ, Ov.
Sed quæ non proſunt ſingula, multa juvant. Ov.
Sed non implevit cupientes omnia mentes Luc
Quicquid fodit Iber, quicquid tagus extulit auri
——— Sed nulla aconita bibuntur Ju.
Fictilibus, tunc illa time cum pocula ſumes
Gemmata, & lato ſerinum ardebit in auro.
Sed tacitus paſci ſi poſſet corvus haberet Ho.
Plus dapis, & rixæ multo minus, invidiæque
Segnius irritant animos demiſſa per aures Ho
Quam quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus.
Semper avarus eget, ſemper voto pete finem. Ho.
Semper habet lites, alternaque jurgia lectus Ju.
In quo nupta jaçet
Semper enim vacuos nox ſobria torquet amantes] Pro
Serius aut citius ſedem properamus ad unam O. I
Sermo hominum mores & celat & indicat idem Cat
Sermo datur cunctis animi ſapientia paucis Cat.
Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum Auſ
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.
Si metuis, ſi prava cupis, ſi duceris ira Cla
Servitij pâtiere jugum, tolerabis iniquas
Interius leges
Si fortuna juvat caveto tolli Auſ
Si fortuna totat caveto mergi.
Sic cum tranſierint mei Se.
Nullo cum ſtrepitu dies
Plebeius moriar ſenex
Si fortuna volet fies de Rhetore Conſul, Ju.
Si volet hæc eadem fies de Conſule Rhetor
Si mihi difficilis formam natura negavit Ov
Ingenio formæ damna rependo meaæ
Si natura negat facit indignatio verſum. Ju.
Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat Ov
Jupiter exiguo tempore inermis erit.
Si recte facias hic murus aheneus eſto Ho.
Si genus humanum & mortalia temnitis arma Vir
At ſperate deos memores fandi atque nefandi

Si

Si modo non census nec clarum nomen avorum
Sed probitas magnos ingeniumque facit
Simplicibus præsens deus est, offenditur astu.
Sint Mæcenates non deerunt Flacce Marones.
Sit piger ad pœnas princeps ad præmia velox.
Sollicitæ mentes spemque metuque pavent.
Spem retine, spes una hominem nec morte relinquit.
Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas,
Spes bona sollicito victa timore cadit.
Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratris
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.
Sperat infestis, metuit secundis,
Iteram sortem bene præparatum
Pectus
Stat sua cuique dies, breve & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus.
Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Majorum, & stantes in turribus Æmilianos?
Stet quicunq; volet potens
Aulæ culmine lubrico
Me dulcis saturet quies
Obscuro positum loco.
Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago
Stultitiam simulare loco prudentia summa est
Sub lare privato tutius esse licet
Sufficit, & longum probitas perdurat in ævum.
Summum crede nefas vitam præferre pudori
Summa petit livor, perflant altissima venti,
Summa petunt dextra fulmina missa Jovis.

T

Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas.
Tales ergo cibi qualis domus atque supellex.
Tantalus in media garrulus aret aqua

Tantum

Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas
Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides
Tecum habita & noris quam ſit tibi curta ſupellex
Tempora labuntur tacitiſque ſeneſcimus annis.
Temporibus medicina valet, data tempore proſunt
Et data non apto tempore vina nocent.
Tempora ne culpes cum ſis tibi cauſa doloris.
Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis.
Tendimus huc omnes metam properamus ad unam.
Tenuis enim natura dei, longeque remota
Senſibus a noſtris animi vix mente videtur,
Terra malos homines nunc adducat atque puſillos
Terra domus non eſt animis accommoda noſtris
Altius it noſtræ conditionis honor.
Terra ſalutiferas herbas eademque nocentes
Nutrit, & urticæ proxima ſæpe roſa eſt.
Timor & minæ
Scandunt eodem quo dominus, neque
Decedit ærata triremi, &
Poſt requiem ſedet atra cura.
Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.
Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.
Tota licet ve eres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt atque unica virtus.
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
——— Tunc omnia jura tenebis
Cum poteris rex eſſe tui
Tu recte vivis ſi curas eſſe quod audis
Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper,
Propoſitique memor contrahe vela tui.
Tu quamcunque deus tibi fortunaverit horam
Grata ſume manu nec dulcia differ in annum.
Tu ne cede malis ſed contra audentior ito.
Tu nihil invitas dice faciſve Minerva.
Tu quoque fac timeas & quæ tibi læta videntur
Dum loqueris fieri triſtia poſſe puta.
Turpe referre pedem nec paſſu ſtare tenaci,

Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur
Vulgus amicitias utilitate probat.
Turpe pecus inutilum, turpis sine gramine campus;
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.
Turpe duci somno totam consumere noctem
O rector Lybiæ vigili stant bella magistro.
Turpe senex miles turpe senilis amor.
Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes
Tuta frequensque via est per amica fallere nomen
Tuta frequensque licet sit via crimen habet.
Tu ne quæsiveris (scire nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Dii dederint Leucothoe, nec Babylonios
Tentaris numeros.
Tu civem patremque geras, tu consule cunctas;
Nec tibi, nec tua te moveant, sed publica vota

V

——— Valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat Deus
Obscura promens
Velle suum cuique est nec voto vivitur uno
Venturæ memores jam nunc estote senectæ.
Venit post multos una serena dies.
Verba puellarum foliis leviora caducis.
Ver non una dies, non una reducit hirundo.
Verum pone moras & studium lucri
Nigrorumque memor dum licet ignium.
Victa jacet pietas, & virgo cæde madentes
Ultima cælestum terras Astræa reliquit.
Victaque pugnaci jura sub ense jacent.
Vilius argentum est auro virtutibus aurum.
Vim temperatam Dii quoque provehunt
In majus, iidem odere viros
Omne nefas animo moventes.
Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis

Servat.

Serviat, hos fines transiliisse nocet.
Vince animos, iramque tuam, qui cætera vincis. *Ov.3*
Vincere cum possis, interdum cede sodali, *Cato*
Obsequio quoniam dulces retinentur amici.
Virtutem primam esse puta compescere linguam *Cat*
Proximus ille deo qui scit ratione tacere.
Virtus est vitium fugere, & sapientia prima *Hor.1*
Stultitia caruisse.
Virtus recludens immeritis mori *H.od*
Cælum, negata tentat iter via,
Cætusque vulgares, & udam
Spernit humum fugiente penna.
Virtus repulsæ nescia sordidæ *H.od.*
Intemeratis fulget honoribus,
Nec sumit, aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ *H.o.1*
Visendus ater flumine languido
Cocytus errans, & Danai genus
Infame, damnatusque longi
Sisyphus Æolides laboris.
Vita decet sacros, & pagina casta poetas *Man.*
Castus enim vatum spiritus atque sacer.
Vitæ summa brevis, nos spem vetat inchoare longam *O.od.*
Vis consilii expers mole ruit sua *O.od*
Vive tibe, quantumque potes, præclustria vita *O.3.*
Sævum præclustri fulmen ab arce venit.
Vivitur exiguo melius natura beatis *Cl.R.*
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.
Vivitur ex rapto non hospes ab hospite tutus *Ov.*
Vivitur parvo bene cui paternum *H.o.*
Splendet in mensa tenue salinum
Nec leves somnos timor, aut Cupido
sordidus aufert.
Vivendum est recte, tum propter plurima, tum his *Juv*
Præcipue causis, ut linguas mancipiorum
Contemnas, nam lingua mali pars pessima servi.
Una salus victis nullam sperare salutem. *Vir.*
Unius scabie infecitur grex totus in agris. *Juv*

usqu-

Usque adeo solus ferrum, mortemque linire
Auri nescit amor.
Utendum est ætate, tacito pede labitur ætas.
Utere quæsitis modice cum sumptus abundat:
Ut jugulent homines surgunt de nocte latrones:
Ut teipsum serves, non expergisceris?
Ut sit magna tamen certe lenta ira deorum est
Ut venus enervat vires sic copia Bacchi
Attenuat gressus, debilitatque pedes.
Ut nemo in sese tentat descendere, nemo;
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.
Ut quantum generi demus virtutibus addas.
Ut veniant gemmæ totus transibitur orbis.
Ut fragilis glacies interit ira mora.
Utile doctrinis præbere senilibus aures.
Ut vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.
Vulgus amicitias utilitate probat.

FINIS.

21 JU 69